

Universitätsbibliothek Wuppertal

Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1733)

NOBILISSIMO CLA-
 RISSIMOQUE VIRO AVGV-
 STINO THVANO EQVITI, REGII CON-
 SISTORII CONSILIARIO, REGIS IN
 . Senatu Parisiensi patrono, Dinoyf. Go-
 thofredus S. P. D.



ADERO tibi, vir Clarissime, Iustiniani ac
 Leonis Imperatorum nouas constitutiones, à
 me, pro captu voluminis atq; temporis, breuiter
 explicatas: quas etiam fecissem breuiores, si mihi
 fas fuisset id quod in earum prefationibus excur-
 rebat, succidere. Res enim molesta, lex cum pro-
 logo, ut recte monuisse videantur, qui leges bre-
 ues esse voluerunt, quò facilius ab imperitis tene-
 rentur. Apostolorum qui dicuntur Canones pene omis-
 surus eram, nisi-
 dem illis prope argumentum, ac Iustiniani constitutionibus & Leonis,
 tractari comperissem. Qua in parte synodos antiquas, Photium, Balsa-
 monem, Gratianum, & alios contuli. Et si autem ad leges Heraclij, Leo-
 nis, Constantini, ac consequentium Imperatorum notas in manu iam
 expeditas habebam, dare tamen distuli: quod vberiores & consequentia
 paulo meliore, si Deus dederit, in lucem aliquando proditura sint. Ad ce-
 tera nostri operis quod attinet, quæ interpretandi ratio in Pandectis &
 Codice: eadem & hic quoq; à me obseruata est. Hoc tamen amplius, quod
 præter vulgatæ interpretationis cum suo authentico, hoc est Græcis, col-
 lationem, Iulianum patricium ita comparauit, ut singula eius Epitomes
 capita facile iam quisq; possit ad Nouellas Iustiniani, tanquam ad fon-
 tes ingenuos seu proprios reuocare. Sunt enim in Iuliano, omnia prope
 confusa, aut certe ad Iustiniani methodum respondentia nullo modo. Qua
 res fecit, neglecto Iustiniani, Leonis, ac Iuliani ordine, ut quemadmo-
 dum vtriusq; Imperatoris Nouella, iisdem sedibus ac locis quibus Codex
 vel Pandectæ, collocanda essent, per indicem demonstrarem. Nihil tam
 facile atq; expeditum lectori, quam si vna atq; eadem semper ratione in
 Iurisconsultorum libris versetur. Sed iam plus satis de meo opere, quod
 ut tuo nomini inscriberem, magna me rationes impulerunt. Nam & co-
 gnatio mihi tecum communis: præter cognationem virtus atq; integri-
 tas tibi summa, qua, ut & iuris civilis cognitione atque rerum magna-
 rum usu, dignitatem tuam ita exornas, ut omnium confessione principi,
 patriæ, urbi, Senatui, priuatis denique operam bona fide atq; synceriter
 præstando, magnam apud posteros tibi, tuisque gloriam paraturus sis.
 Quod ut sæpius, diuque facias Deus permittat. Vixit & Vale. Datum
 pridie Calend. Augusti. M. D. LXXXIII.